


Johann Quistorp

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theol. Facult. Senior, Ad exequias Quas Coniugi suavissimae Margarethae Schwartkopffs/ Moestißimus maritus, Joachimus Schröder/ hodie ... parabit, Omnes & singulos Academiae Cives diligenter invitat**

Rostochii: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774762950>

Druck Freier  Zugang



PROGRAMMA

QVO

RECTOR

Vniversitatis Rostochiensis

JOHANNES QVISTOR-


PIUS, D. & Theol. Facult.

Senior,

AD

EQUEQUIAS

QUAS



CONJUGI SVAVISSIMÆ

MARGARETHÆ

Schwartkopffs /

Moestissimus maritus, JOACHIMUS

Schröder / hodie circa horam mediam  
primam in Templo Jacobæo  
parabit.

Omnes & singulos Academia Civēs diligenter  
invitat.



ROSTOCHII,

Typi NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLII.

293

FP Schröder, Margaretha 1642



Erquam in vitâ  
humanâ frequens  
est, ut unde nobis  
Voluptatem &  
gaudia promitti-  
mus, indidem ni-  
hil nisi dolorem  
& mærorem auferamus. Impensè  
filium suum Josephum Patriarcha  
Jacobus amabat, sperabatq; hunc si-  
bi perpetuæ voluptati fore; at tri-  
stissimo nuncio de violentâ ejus  
morte ita perculsus fuit, ut præ mæ-  
rore vestes lacerârit, cilicium indu-  
erit, & longo tempore acerbè luxe-  
rit. Idem cum in delicijs Conjugem  
suam Rachelem haberet, quam pro-  
pter

pter multorum annorum servitu-  
tem durissimam servierat, eam in  
partu constitutam, sibi & Mundo  
valedicere, cum summo mærore ex-  
pertus est. Quod his alijsq; pietate  
& probitate insignibus Viris eve-  
nisse scimus, idem Viro honestissi-  
mo & Ornatissimo Dn. JOACHI-  
MO Schröder / apud nos Mercato-  
ri & Cerevisiario præcipuo usu ve-  
nit: fædus ille matrimoniale ante  
biennium contraxerat cum elegan-  
tissima & scitissimâ Virgine MAR-  
GARETHA Schwarzkopffs / in  
domum suam novam nuptam in-  
troduserat, suaviter eidem convixe-  
rat, ex se gravidam factam, & partu  
filiolum amoris conjugalis pignus  
enitentem viderat. Erant hæc o-  
mnia suavia & grata, sperabatq; nunc  
I 2 se

se demnm omnibus incessurum  
gaudijs: At opinione citius Conju-  
gem & puerperam mors abripit, &  
voluptates mærore permutat. Illæ  
sunt rerum humanarum vices, ita  
cuiq; comparatum est in ætate ho-  
minum, non solum voluptati mæ-  
ror ut comes consequatur, sed & ut  
quæ gaudia nobis allatura speravi-  
mus, dolorem & tristitiam gene-  
rent. Ut hæc Vidue mæstissime  
magnâ superes Constantia, & in Dei  
voluntate, sine quâ ne pilus capitis  
nostri defluit, ipsum nomen Chri-  
stiani, quod geris, à te postulat. He-  
rodem Sophistam referunt Regillæ  
uxoris mortem tam impatienter tu-  
lisse, ut picturas & ornamenta do-  
mus nigro colore induxerit, lapi-  
deq; Lydio, qui funestus est & niger,  
omnia

omnia obscurarit. Levamen huic  
hoc à Lucio Philosopho allatum. Is  
quum Herodi, ut luctui moderaretur,  
suaderet, nec persuaderet, vidit  
pueros in fontem dibus vicino rad-  
iculas lavantes: quærit cui eæ pararen-  
tur: respondent Herodi. regesit Lu-  
cius, injuriã Regillæ uxori facit He-  
rodes, qui radiculis vescitur albis in  
atrâ domo. defertur Sermo ad He-  
rodem, qui statim atrorem ab ædi-  
bus removeri jusfit, & de marore  
non parum remisit. Similem in cul-  
pam ne Vidue luctui indulgens in-  
cidas, modum lilli statue, & filio-  
lo, quem tibi suavissima Conjux pi-  
gnoris loco reliquit, te serva. Illa  
vitæ hujus miseris defuncta est, &  
tecum olim in die illo decretorio  
conjungetur.

Nos autem Cives Academiæ in hanc juvenem admodum, mortis falce resectam intueamur, itaq; vivamus, ne nos imparatos mors opprimat. Nata est denata hæc **MARGARETHA Schwarzkopffs** / apud nos Rostochij Anno 1617. die secundo Decembris, parentibus primarijs & honestissimis. *Patre* Clarissimo & Consultissimo Viro, **CASPARO Schwarzkopff** / J. U. D. & Dicasterij Megapolitani Advocato celebri, *matre* virtutum muliebrium decore ornatissimâ sæminâ, **URSULA Sibrandes** / adhuc superstire. *Avum* ut & *Abavum* paternum habuit Viros Amplissimos & prudentissimos, Consulari dignitate apud Wismarienses insignes. *Avum* quidem **CASPARUM**, abavum verò **GEORGIUM**. *Aviam* paternam, **MARGARETAM** Flensburges matronam Virtutibus quæ sexû muliebrem decent, ornatam: eamq; ex primario Cive & mercatore Wismariensi **PETRO Flensburg** / natam. *Abaviam* paternam **URSULAM Bosses** / quæ genus suum **JOACHIMO Boss** / Consuli itidem Wismariensi gravissimo debet. Quemadmodum autem defuncta nostra, quâ patrem, nata est majoribus omni laude decoris. Ita non minus, quâ matrem, majoribus gaudet in præcipuâ digni-

dignitate positus. Quis ipsi pater materq; fuerit, jamjam indicavi. *Avus maternus* erat Consultissimus & Clarissimus Vir WINHOLDUS *Sibrand/* J. U. D. Reginae Daniæ Cancellarius, & Illustriss. ac Celsissimi Principis Megapolitani *Uldarici* Consiliarius gravissimus. *Avia* materna MARGARETHA GEISMARS, prudentissimi apud nos Senatoris MICHAELIS GEISMARI filia. *proavus* Maternus HENRICUS *Sibrand/* Civis & mercator apud nos olim præcipuus; *proavia* materna *παισιον ἀρετης* URSULA ex Hoppenstangiorum, qui tribus constitutis stipendijs memoriam suam posteritati consecrârunt, familiâ natam. Ex majoribus his denata nostra genus ducens, non à suorû degeneravit virtutibus. Et quum patrem puella admodum, quinq; annos nata, amisisset, nacta est nomine quidem Vitricû, affectu tamen patrem, Clarissimum & Consultissimum Virum DN. CASPARUM WILCKEN, J. U. D. & in hac Megapoli Advocatum celebrem, qui juxta cum matre id sedulò dedit operam, ut emortua hæc nostra piè casteq; educaretur: nec frustra fuere, respondit eventus votis, quare & Anno 1640. invenit, qui ejus ambiret

&



& exambiret decimo septimo Februarij nu-  
prias, Vir antiquâ virtute & fide, JOACHI-  
MUS Schröder/ Mercator apud nos ex pri-  
mis. Concors inter hos per biennium fuit  
matrimonium, & post illud exactum, una  
mascula prole secundum ante dies pauculos,  
quam ceu Rachel partu difficili Benoni, vel  
si mavis Benjamin habuit. Post partûs supe-  
ratos labores, alia eam occupavit imbecil-  
litas, quæ tanta indies sumfit augmenta, ut  
nec Medicorum ope superari potuerit, & de-  
natæ nostræ, in Verâ fide & constantiâ dece-  
denti, vitæ finem attulerit, vel potius melio-  
ris vitæ exordium 9. Februarij, duodecimâ  
meridianâ dederit. Atque ita nata Annos 25.  
*Margéris* hæc eo ivit, quo divus Paulus &  
Adam: his alijsq; piè sublatis conjuncta, ter-  
rena hæc ex alto despicit. Corporis Exuviæ  
hodie in Templo D. Jacobi circa mediam  
primam terræ matri reddentur. Vos Aca-  
demiæ Cives frequenti comitatu eas, ut ad  
dormitorium deducatis, amicè moneo &  
hortor. P. P, Rostochij, Anno 1642.

14 Februarij.



pter multorum annorum  
tem durissimam servierat  
partu constitutam, sibi &  
valedicere, cum summo m  
pertus est. Quod his alijs  
& probitate insignibus  
nisse scimus, idem Viro h  
mo & Ornatissimo Dn. J  
MO Schröder / apud nos  
ri & Cerevisiario præcipu  
nit: fædus ille matrimo  
biennium contraxerat cu  
tissima & scitissimâ Virgi  
GARETHA Schwarz  
domum suam novam nu  
troduxerat, suaviter eiden  
rat, ex se gravidam factan  
filiolum amoris conjuga  
enitentem viderat. Era  
omnia suavia & grata, spera

I 2

